

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Philologica De Sepultura Josephi Patriarchae

**Carpzov, Johann Benedict
Ibbeken, Rudolph**

Lipsiae, 1697

§. VII

urn:nbn:de:bsz:31-10271

Etum est, ut neque externum genus, neq. calamitas, de qua diximus, quicquam effecerit, quo minus ad summam dignitatem eveheretur. Reliqui etiam fratres, pitâ feliciter exactâ, in Ægypto sunt mortui, quorum corpora filii & nepotes in Hebronem relata sepeliverunt. Josephi autem ossa postea translata, sunt in Chananaam per Hebræos, dum ex Ægypto populariter migrarent. Hoc enim ipse adjuratis prius mandaverat. Hæc ille, qui (1.) vera quidem narrat, cum exuvias fratrum quoq; Josephi, æque ac ipsiusmet Josephi ex Ægypto in Palæstinam translatas memorat, quod sine dubio è majorum traditione hausit. Hæc tamen quia (2.) eodem tempore, quo DEI jussu, Duce Mose, egressi cineres atque ossa Josephi secum apportabant, factum hoc asserit, uti inferius exponetur, ipse incertus fuisse Historicus videtur, an à sua quisque tribu statim à morte conditorio illatus, & postea solius Josephi ossa in solenni exodo translata fuerint? quod ferè contra suorum fidem affirmat. Idem (3.) de sepulturæ loco conspicimus, relinqui lectorem ambiguum, utrum Josephus eodem cum fratribus in Hebrone, an alio alibi sit tumulatus? In eo autem (4.) manifestè fallitur, quod Hebronem statuit sepulcrorum fratrum corpora excipientium locum. Falsum hoc esse, docuit Stephanus omni exceptione major, *Act. VII, 5. 16.* ubi non Hebrone, sed in agro Sichemítico terræ mandata ait: ἐπιλάσθησαν αὐτῶν καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. καὶ μετέβησαν εἰς Συχὲμ, καὶ ἐπέβησαν ἐς τὸ μνήμα ὃ εὐήρετο Ἀβραὰμ πρὶν δέγναι τὸν Ἰσὴν ἐμμορὸν ἔς Συχὲμ. Mortuus est ipse (Jacobus) & patres nostri (in Ægypto.) & translati sunt in Sychem, & positi sunt in sepulchro, quod erit Abraham pretio argenti à filiis Hemor, filii Sychem. Quod testimonium etsi Flavius ignorabat, non tamen excusari potest ipsius error, cum illo adhuc tempore omnium sermones conditoria ista celebrarint. Nam & Hieronymus Paulam memorat transivisse Sichem, atq; inde divertentem vidisse duodecim Patriarcharum sepulcra, ut habetur in Epitaphio illius *Epist. XXVII. ad Eustochium virginem, Tom. 1. opp. fol. 113.*

§. VII. Jam ut rem ordine persequamur, singula, quæ ad sepulturæ hujus historiam observanda sunt, in *Antecedentia*, ipsum *Factum*, & *Consequentia* dispartiemus.

§. IIX. Ad *Antecedentia* pertinet (1.) Josephi de ea mandatum, quod moriturus dedit fratribus. Fratribus, inquam, aliter ac ejus Pater Jacobus fecerat, qui eum non in Ægypto, sed in Palæstina sepeliri simi-